ΣΥΝ ΘΕΩ.

Thesis I. Cap. 1.

CONTROVERSIA DE Eccleſia & notis Eccleſiæ reſpicit 1. Eccleſiæ *appellationẽ & quidditatem.* 2. *Qualitatẽ*, quæ in viſibilitate ponitur. 3. *Cognoſcibilitatem*, quæ notas recenſet.

2. *Prima controverſia* obſervare jubet 1. Vocis ὁμωνυμίαν *ſeu æquivocationem*: Eam verò ambiguitatis enodationem. 1. Imperfectã judicamus, omittit Bell. multas vocis Eccleſiæ ſignificationes, quas bonus diſputator non omiſiſſet, ſi candidè egiſſet. Vide Bell. & confer Scripturã in concordantiis & videbis τὰ λείποντα. 3. judicamus apertè falſam: dicit enim, *Eccleſia N. T. nuſquam dicitur Synagoga*: Nam 1. Jac. c. 2. v. 2. cœtum Chriſtianorum apertè vocat συναγωγὴν & ad Heb. 11. apertè monet Apoſtolus ne relinquamus ἐπισυναγωγήν. 2. ipſe Bellar. fatetur, quod voces Hebrææ קהל & עדה tàm de Eccleſia, quàm de Synagoga uſurpẽtur, & ſanè Syr. paraphraſtes apertè vocẽ עדה adhibet de N. T. Eccleſia Matth. 16.

3. 2. *Definitionis* ἔσιαν: Bellarm. ut naturam ſeu definitionem Eccleſiæ inveſtiget. Cap. 2.